fue de fr. fran.co de Leon año de 1632

APOPHTHE-GMATVM EX OPTIMIS VTRIUSQVE LINGVAE SCRIPTORIBVS.

Per CONRADVM *Lycoſthenem Rubeaquenſem* collectorum, LOCI *Communes, denuò aucti & recogniti.*

Ad ordinem alphabeticum redacti.

LVGDVNI,
Apud Antonium Vincentium.
1563.

CANDIDO LECTORI.

EN habes in hoc volumine, amice lector, clariſſimorum Philoſophorum, Oratorũ, Imperatorũ, Regũ, Principum, Ducũ, ſanctorũ Patrum, Pontificum, priuatorúmque hominum, ſelectiſſima, non tantũ ex vtriuſque linguæ ſcriptoribus veteribus, ſed neotericis etiã CXXX. numero autoribus, Apophthegmata, ſiue inſignia de rebus diuerſis, quæ in communi hominũ vita agitantur, Reſponſa: tam aptè atque concinnè in Locorum cõmunium ordines (additis vbique autorum teſtimoniis) diſpoſita, vt ſiue publicè, ſiue priuatim dicturus, inſtructiſſimum Promptuarium habeas, ex quo exornãdæ atque amplificandæ orationis materiam, atque ipſos quaſi neruos depromas. Opus ſanè non tantùm in Eccleſia concionatoribus, atque declamatoribus in ſcholis, ſed omnibus etiam atq; honeſtiſſimarum artium amatoribus, propter ciuilis etiam vitæ vſum non minus vtile quàm neceſſarium, iam primùm in lucem editum.

***

CATALOGVS AVTORVM, EX QVORVM LVCVBRATIONIBVS Apophthegmata à Contado Lycoſthene deprompta ſunt.

GRAECI.

Abdias Babyloniæ epiſcopus.

Aelianus Sophiſta.

Antonius monachus.

Appianus Alexandrinus.

Ariſto.

Ariſtoteles Stagirita.

Arrianus Nicome.

Athenæus.

Calliſtratus.

Cor. Celſus.

Diodorus Siculus.

Diogenes Babylonius.

Diogenes Laertius.

Diogenes Sinopenſis.

Diogenianus.

Dion Caſsius Cocceius.

Dion Nicæus.

Dion Pruſæus.

Dionyſius Halicarn.

Epictetus.

Epiphanius epiſcopus Conſtantienſis in Cypro.

Euagrius monachus.

Euſebius Pamphili.

Flauius Ioſephus.

Herodianus.

Herod. Halicarnaſ.

L. Florus.
Iul. Frontinus.
A. Gellius.
D. Hieronymus.
Iulius Capitolinus.
Iuſtinus, Trogi Pompeij abbreuiator.
T. Liuius Patauinus.
Lucius Annæus Seneca.
Macrobius Aurelius Theodoſius.
Paulus Diaconus.
Plinius iunior.
Plinius ſenior.
Suetonius Trāquillus
Sulpitius Seuerus.
Trebellius Pollio.
Valerius Maximus.
Sex. Victor Vitenſis epiſcopus.
Vitruuius.
Vulcatus Gallican.

RECENTIORES.

Aeneas Syluius.
Albertus Crantius.
Alexāder Neapoli.
Angelus Politianus.

Annales
Anglorum,
Bauarorum,
Flandrenſium,
Gallorum,
Germanorum,
Heluetiorum,
Hiſpanorum,
Lubecenſium,
Monaſterij Hirſfeldenſis,
S. Galli in Heluetijs,
Polonorum,
Saxonum,
Scotorum,
Vltraiectinorū,
Vngarorum.

Antonius Bonſinius.

APOPHTHEGMATUM LOCI COMMUNES,

Conrado Lycoſthene collectore.

De abſtinentia.

Socratis dictum.

SOCRATES eum qui virtutem, tanquam patriam, intueri deſiderabat, admonebat, vt abſtinentiſsimam vitam agens, voluptates omnes, veluti Sirenes, fugeret. Stobœus ſerm. 5.

Eiuſdem.

Socrates conſulebat iis qui conuiuantes cupiditates frenare non poterant, vt abſtinerent ab illis quæ perſuaderent, vt non fameſcendo comederent, neq; ſitiendo biberent. Hæc enim eſſe aiebat, quæ ventribus, capitibus atque animis nocerant. Xenophon, de dictis & factis Socratis. Stobæus ſermone 15.

Biantis.

Bias Prieneus beatum quidem eum eſſe dicebat, qui & diues eſſet, & cupitis potiretur. Sed eum qui nihil concupiſceret, longè beatiorem fore. Maximus ſermone 3. de Caſtitate.

Ariſtidis.

Ariſtides Mileſius philoſophus, quum Græcis tributa indixiſſet, tanto pauperior rediit, quantum abſumpſerat in peregrinatione. Atqui in tali genere functionis ſolent alij meſſem opimam metere. Eo magis ille cauit, ne quid ſuſpicionis eiuſmodi conflaret ſibi, proinde ſuis impendiis rem geſsit. Plut. in Græc. apoph.

Eiuſdem.

Quum Themiſtocles irrideret Ariſtidis cõſilium, hoc agentis vt cenſus eſſet in tuto, dicens eam laudem non eſſe viri, ſed ſcrinij tutò ſeruantis aurum: deinde ſummam boni ducis laudem definiret, ſcire ac præſcire hoſtium conſilia: Et iſtuc, in-

DE ZELOTYPIA.

C. Sulpitij.

C. Sulpitius Gallus vxorem ſuam repudiauit, quòd aperto capite ædes egreſſa eſſet: Lex, inquiens, tibi meos vnius oculos præfinit, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his eſto ſpecioſa, non aliorum oculis placens. Eraſ. lib. 6. apoph.

Alphonſi.

Aphonſus Aragonum rex dicebat, ita demum matrimonium tranquillè exigi poſſe, ſi vxor cæca, maritus autem ſurdus fiat. Innuit autem, fœmineum genus eſſe zelotypiæ obnoxium, & hinc oriri rixas & querimonias: & rurſus marito moleſtam eſſe vxoris garrulitatem, qua moleſtia cariturus eſt, ſi fiat ſurdus. Eraſ. lib. 8. apophth.

FINIS.

INDEX.

Z

Zaleuci, vel Zeleuci Locrenſium legiſlatoris 579
Zenobiæ reginæ 75
Zenonis Cittienſis philoſophi 2.6.31.46.62.95.131.139.140. 191. 197.202. 224. 238. 241. 246. 247. 249. 251. 297.358. 370. 374. 399. 402. 422.425. 437. 452. 523. 540. 561. 589. 598. 612. 630. 636. 708. 790. 804. 828. 862. 863. 869. 870. 908. 956. 981. 1001. 1016. 1018. 1028. 1039. 1109. 1110
Zeuxidami 254. 376. 738
Zeuxidis 538
Ziſcæ imperat. 396. 990
Zoili Amphipolitani 662. 671
Zuchari hominis facetiſsimi 911

FINIS.

Juo de madrigal bonpeeo
2 Juo de madrigal bacaao

LVGDVNI.
Excudebat Symphorianus
Barbier.